RUTGERUS DILLEMANS, FACULTATIS IURIS PROFESSOR ORDINARIUS, IURIS DOCTOR, LEGUM MAGISTER, PHILOSOPHIAE LICENTIATUS, RECTOR STUDIORUM UNIVERSITATIS CATHOLICAE LOVANIENSIS IN URBE LOVANIENSI, OMNIBUS PRAESENTES LITTERAS INSPECTURIS SALUTEM.

CUM EXIMIUS VIR IOHANNES FIRBAS, PHILOSOPHIAE DOCTOR HABILITATUS, SCIENTIARUM DOCTOR, STUDIORUM UNIVERSITATIS BRUNENSIS PROFESSOR, STUDIORUM UNIVERSITATIS ERLANGENSIS ET INSTITUTI LINGUISTICI BUFFALONENSIS PROFESSOR OLIM PEREGRINUS, INSTITUTI NEDERLANDICI STUDIORUM PROVECTIORUM WASSENARENSIS NECNON UNIVERSITATIS COLLEGII LONDINIENSIS SOCIUS OLIM HOSPES, UNUS SIT EORUM QUI AGMEN DUCANT LINGUISTICUM SCHOLAE ILLIUS PRAGENSIS, CUIUS OPERA ET STUDIO STRUCTURALISMUS QUI DICITUR EUROPAEUS SINGULARITER CONTULERIT AD PROGRESSUM LINGUISTICAE ALIARUMQUE DISCIPLINARUM HUMANIORUM,

CUM ET TRALATICIAS LINGUARUM INVESTIGANDARUM RATIONES CUM NOVIS VEREQUE NOVATRICIBUS EXIMIE CONIUNXERIT ITAQUE FACTUM SIT UT EX EIUS QUASI CASTRIS II LINGUARUM SCRUTATORES PROFECTI SINT QUI NOSTRA MEMORIA EXTRA VETERES SCIENTIARUM FINES LONGISSIME PROCESSISSENT,

NOS PRO POTESTATE NOBIS FACTA ET CONCILIO ACADEMICO NECNON FACULTATE LITTERARUM ET PHILOSOPHIAE ADSENTIENTIBUS EUNDEM EXIMIUM VIRUM

IOHANNEM FIRBAS

DOCTOREM LITTERARUM ET PHILOSOPHIAE HONORIS CAUSA CREAVIMUS ET RENUNTIAVIMUS.

CUIUS REI UT FIRMA SIT ATQUE TESTATA FIDES, DIPLOMA HOC PUBLICUM A NOBIS UNA CUM PRAEFECTO REBUS AGENDIS ET DECANO FACULTATIS LITTERARUM ET PHILOSOPHIAE SUBSCRIPTUM ET UNIVERSITATIS SIGILLO CONFIRMATUM DANDUM CURAVIMUS.

LOVANII, PRIDIE IDUS MAIAS ANNI MCMLXXXVI

CAROLUS TAVERNIER<br>PRAEFECTUS<br>REBUS GERENDIS

RUTGERUS DILLEMANS<br>RECTOR

HENRICUS VAN GORP<br>DECANUS FACULTATIS LITTERARUM ET PHILOSOPHIAE

RUTGERUS DILLEMANS, ŘÁDNÝ PROFESOR PRÁVNICKÉ FAKULTY, DOKTOR PRÁV, UČITEL ZÁKONn, LICENCIÁT FILOSOFIE, REKTOR KATOLICKÉ UNIVERSITY VE MĚSTĚ LOVAŇ (LOUVAIN), ZDRAVÍ VŠECHNY, KTEŘÍ BUDOU ČÍST TUTO LISTINU.

PROTOŽE ZNAMENITÝ MUŽ JAN FIRBAS, DOKTOR HABILITATUS VE FILOSOFII, DOKTOR VĚD, PROFESOR BRNĚNSKÉ UNIVERSITY, NĚKDEJŠÍ HOSTUJÍCÍ PROFESOR UNIVERSITY V ERLANGENU A JAZYKOVÉHO INSTITUTU V BUFFALU, ČLEN NIZOZEMSKÉHO INSTITUTU POKROČILÝCH STUDIÍ VE WASSENAARU A TAKÉ NĚKDEJŠÍ HOSTUJÍCÍ ČLEN KOLLEGIA LONDÝNSKÉ UNIVERSITY, JE JEDNÍM Z TĚCH, KTEŘÍ VEDOU ZÁSTUP JAZYKOVĚDCŮ ONÉ PRAŽSKÉ ŠKOLY, JEJÍMŽ PŘIČINĚNÍM TAKZVANÝ EVROPSKÝ STRUKTURALISMUS OBZVLÁŠTĚ PŘISPĚL K POKROKU JAZYKOVĚDY A OSTATNÍCH HUMANITNÍCH DISCIPLÍN.

PONĚVADŽ SKVĚLE SPOJOVAL TRADIČNÍ ZPŮSOBY JAZYKOVÉHO ZKOUMÁNÍ S NOVÝMI A VPRAVDĚ NOVÁTORSKÝMI, STALO SE TÍMTO, ŽE Z JEHO JAKÉHOSI „TÁBORA" VZEŠLI DVA JAZYKOVĚDCI, KTEŘÍ ZA NAŠÍ PAMĚTI POKROČILI VELMI DALEKO ZA NĚKDEJŠÍ HRANICE VĚDNÍCH DISCIPLÍN.

MY ZE SVÉ MOCI A ZA SOUHLASU AKADEMICKÉHO SNĚMU A ROVNĚŽ ZA SOUHLASU FAKULTY FILOLOGICKO – FILOSOFICKÉ TOHOTO VÝJIMEČNÉHO MUŽE

# JANA FIRBASE

JSME ZVOLILI A PROHLÁSILI ČESTNÝM DOKTOREM FILOLOGIE A FILOSOFIE.

ABY BYLA POTVRZENA A ZARUČENA PRÁVOPLATNOST TÉTO UDÁLOSTI, VYDALI JSME TENTO VEŘEJNÝ DIPLOM, PODEPSANÝ NÁMI SPOLEČNĚ S PREFEKTEM (UNIVERSITNÍ) KANCELÁŘE A DĚKANEM FAKULTY FILOLOGICKO - FILOSOFICKÉ A POTVRZENÝ UNIVERSITNÍ PEČETÍ.

V LOVANI DNE 14. 5. 1986

| | | |
|---|---|---|
| CAROLUS TAVERNIER<br>PREFEKT<br>UNIVERSITNÍ KANCELÁŘE | RUTGERUS DILLEMANS<br>REKTOR | HENRICUS VAN GORP<br>DĚKAN FAKULTY FILOLOGICKO - FILOSOFICKÉ |

Přeložila Mgr. Marie Malá